

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. VIII. - An ciulis scientia & prudetia sint ide habitus? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

fideratur, vel } *In actione, & sic est obiectum prudentia, quod verū agendum* } *dicitur*
} *In principijs, & sic est obiectum intelligentia, quod verum credendum*
} *In fine ultimo, vel potius in v- nione rerum omnium ad primā causam, & sic est obiectum sapientia, quod verum, honorandum & diuinum*

Opp.

Verum est obiectum ipsius mentis: ergo non est obiectum eius virtutis.

Resp.

Verum ca- } *Communiter & sic est obiectum materia-
 pitur, vel* } *teriale intellectus.
 teriale, & sic est obiectū formale vir-
 tucis, vt in priore distinctione probatur.*

C A P. VIII

*An civilis scientia & prudentia sint idē habitus?
 An rectē diuidatur prudentia in Politicam,
 Oeconomicam priuatam?*

NEMINI mirum esse debet, cur sin-
 gulis virtutibus mentis suo or-
 dine tractatis, alia prudentia
 apud

apud philosophum instituat^r disceptatio, præsertim cum ciuili sciētia magis à prudentia, quàm ab aliis omnib. eiusdē generis depēdeat: est enim prudētia moderatrix morū. Verūm ne in minū necessariis nimis molestus videar, in sequētib. adiunētis & quasi annexis huius libri breuitatem polliceor. Tractantur in hoc cap. præcipuē tria: distinctio prudētiæ à ciuili sciētia, diuisio eiusdem in suas partes enumeratio eorū quæ ad prudentiam necessariò requiruntur. Distinguitur prudentia à ciuili scientia in tribus; nēpe in subiecto, obiecto, & officio. Subiectum enim moralis philosophiæ est voluntas, subiectum verò prudentiæ est intellectus: Materia Ethices est bonū, obiectum verò prudentiæ est verū: Officium proprium moralis scientiæ est virtutes definire, officium verò prudentiæ est circumstantias præscribere. Diuisio prudentiæ, quæ in secundo loco traditur, est, vt alia sit politica, quæ ciuitatē: alia oeconomicam, quæ familiam: alia monasticam, quæ priuatum bonum respicit. Hoc autem fit non in definitione virtutis, sed in ordi-

Prudentia & ciuili scientia quomodo differant.

Prudentiæ triplex.

ordine & forma actionis, quippe non essentialiam sed existentiam, non habitum sed actionem, non vim internam sed externum officium virtutis definit & praescribit prudentia. Tertium, quod agitur, est enumeratio eorum quae ad prudentiam requirantur: haec ad duo capita reuocari possunt, nimirum ad experientiam & iudicium: experientia diuturnitate temporis, iudicium exercitatione efficitur. Hinc in textu adolescentes mathematici & scientes dicuntur, sed physici & prudentes esse negantur. Nam in illis solum ingenium, in aliis vero iudicium requiritur.

Diuisio prudentiae ex textu collecta.

Prudentia est, vel	{ Vnius hominis, quae monastica } { Vnius familiae quae oeconomica } dicitur.	{ Legum effector, vulgo potestativa, quae consistit in vniuersalibus per consultationem & iudicium.

Opp.

Prudentia & ciuicis scientia dicuntur in textu idem animi habitus: ergo non differunt.

Gg Resp.

Resp.

Sunt idem genere non specie.

Opp.

Idem in genere obiectum tractat prudentia, quod tractat ciuilibus scientia: ergo est idem habitus genere. Antecedens probatur: quia bonum ciuitatis, familie hominisq; priuati respicit.

Resp.

Respicit vt prescribat non vt desinat, modum enim agendi tradit non habitum.

Opp.

Architectonica prudentia quae est regis de regno, bellica, quae est ducis de exercitu enumeratur in textu: ergo sunt plures species prudentia, quam politica, economica & priuata.

Resp.

Continentur ista species sub politica & ciuili, vt in textu patet.

Opp.

Si tot sint species prudentia, tum plures sunt virtutes cardinales quam quatuor, quod est absurdum.

Resp.

Ratio non sequitur, quia prudentia generatim sumpta cardinalis solum dicitur.

Opp.

Prudentia versatur circa vniuersalia, vt antea patet: ergo non debet esse priuata, vt hoc loco requiritur.

Resp.

Resp.

Prudentia, que legum effectrix dicitur, vniuersale obiectū respicit: at monastica, que propriè hoc loco prudentia dicitur, vnius hominis bonum & singulare inuenitur.

CAP. XI.

An consultatio sit scientia, opinio vel coniectura.

De consultatio-
tione.

An sit distincta virtus mentis?

ALIVD adiunctum prudentiæ est consultatio: de qua cum in tertio libro satis egerimus, pauca nunc admodum adiciuntur. Contendit philosophus in hoc capite bonam consultatio nem à scientia, ab opinione, a cōiectura distinguere: à scientia, quia nemo sciens quærit, at qui consultat de rebus futuris quærit & ratiocinatur: ergo consultatio non est sciētia: ab opinione, quia opinio est sine ratione & quæstione, qui enim opinatur non discutit, non quærit, sed qui deliberat, primū quæstionis nodū proponit tū rationis nutum & præscriptum sequitur. Est enim consultatio quædam vt ita dicam consilij linea & reſtitudo: Nam vt linea manum, ita consultatio mētem in rebns incertis dirigit. A cōie-

Consultatio
quomodo
differat à sci-
entia, opi-
nitione, & con-
iectura.

Gg 2 ctura